



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 106. Explicatio doctrinæ per Facultatem Lovaniensem Pontificis Nuntio  
porrecta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

**Sæcul. XVI.** quo fuit decretum, ut Episcopi trans-  
A.C. 1585. missis literis ad servandam Tridentini  
 Concilii disciplinam, atque ad confe-  
 rendas **Cathedralium**, & Collegiata-  
 rum Ecclesiarum dignitates moneren-  
 tur: tandem fanciebatur, ut rerum Pro-  
 curatores Doctoratus gradu insignes,  
 vel in jure Canonico, aut in Theologia  
 Licentiati essent. His peractis Comi-  
 tia solvebantur.

### §. CVI.

#### *Explicatio doctrinæ per Facultatem Lovaniensem Pontificis Nuntio porrecta.*

**Act. Deca-**  
**nat Walii**  
**Bajana t. 2.**  
**pag. 161.**

Interea Lovanii Lensius Doctor ad Nuntii mandatum doctrinæ explanatio-  
 nem elucubrabat, eamque, prout jussus  
 erat, cuiuslibet Facultatis Doctoribus tradebat, ut suam quisque sententiam  
 hac super re ediceret: postquam vero  
 quædam addita, ac alia emendata fue-  
 rant, Wallius Decanus illam elaborare, ac  
 Nuntio porrigitere studuit: erat autem  
 huic lucubrationi sequens titulus: *Br-  
 vis, atque suo ordine, quantum fieri po-  
 tuit, distincta doctrinæ explicatio, quam  
 quorundam articulorum condemnatio ex-  
 gere videtur, composita a Veneranda Fa-  
 cultate Theologica Lovaniensi, juxta me-  
 tem, & mandatum illustrissimi Joannis  
 Bonhommi Vercellensis Episcopi, atque in  
 sup-*

trans-  
tentini  
confe-  
giata-  
meren-  
n Pro-  
signes,  
ologia  
Comi-  
  
tatem  
o  
  
Nun-  
atio-  
uslus  
ribus  
tiam  
vero  
fue-  
re, ac  
item  
Bre-  
po-  
uam  
ex-  
Fa-  
pen-  
mis  
e, in  
upe-  
  
superiori, & inferiori Germania Nuntii Sæcul. XVI.  
Apostolici. Hi iidem Doctores in qua- A.C. 1586.  
dam succincta præstatione hæc expo-  
nunt: „Ea, quæ circa sequentes arti-  
„culos censemus, paucis exponere, con-  
„sultum fore judicavimus: nullatenus  
„equidem dubitamus, eos a Sede Apo-  
„stolica merito fuisse damnatos, no-  
„strumque judicium, ac sententiam cum  
„omni submissione debita ejusdem fa-  
„cræ Sedis censuræ subjicimus, si quis  
„tamen magis amplam doctrinæ in his  
„articulis contentæ explicationem, aut  
„argumenta magis discussa desideret,  
„vel in harum opinionum confutatione  
„majorem severitatem, ac rigorem ex-  
„optet, is considerare haud gravetur,  
„quod nostri instituti ratio unice eo ten-  
„dat, ut ejusdem doctrinæ normam ex-  
„hiberemus, quæ sacræ Sedis judicio  
„confona sit, atque articulis ab eadem  
„damnatis penitus opposita: hanc vero  
„præsentem normam eo magis ad hoc  
„idoneam censuimus, quo magis suc-  
„cincta, magisque moderata sit. „

Ceterum hic liber solide prorsus elab-  
oratus videtur, atque perspicuam, cer-  
tamque continet explanationem doctri-  
næ propositionibus damnatis adversæ,  
quin de earum Authoribus nomen pro-  
datur, aut cujusdam acerbitalis, vel  
immoderati zeli indicium deprehenda-  
tur:

**Sæcul. XVI.** tur: dividitur autem in quatuordecim  
A.C. 1587. capita, in quibus septuaginta sex pro-  
positionibus continentur omnes articuli,  
quos Pius V. circa doctrinæ capita in  
suo diplomate censuris notabat: eapro-  
pter hæc explicatio summopere Nuntio  
Apostolico probabatur, eamque ratam  
habebat, ac non sine magna animi sui  
lætitia percipiebat, quod Lovaniensis  
Facultas Theologica sese juramento ob-  
stringeret, se juxta hanc normam sua-  
rum opinionum libertates restricturam.

## §. CVII.

*Iniqua Mariæ Scotiæ Reginæ con-  
demnatio ab Elisabetha Regina  
subscripta.*

**Thuan. 1. 86.** Tandem Elisabetha Angliæ Regina  
sententiam, qua Maria Stuarta Sco-  
tiæ Regina morti adjudicabatur, suo  
etiam chirographo firmabat, eamque  
ita subscriptam ad Davidsonum secre-  
tiorum epistolarum Ministrum transmit-  
tebat, dato negotio, ut illam secreto  
teneret, nullique communicaret, ni-  
hilominus tamen, cum nec exequendæ  
sententiæ dies ibidem esset præfixa, nec  
Elisabetha certum supplicii tempus de-  
crevisset, Davidsonus sententiæ tabulas  
cuidam secretioris Senatus Viro tra-  
debat, qui ceteros quoque hac de re  
certiores fieri voluit: unde congregati

111a.